AUGUSTINUS TRIUMPHUS DE ANCONA
Hall, 1432-1433 Seite 117r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35029
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



accusatorem inveniat aut prava
opinione pertinaci anonsitate
defendat ut dicit Aug. i lib. de
vera religione. Thyrannos
vero qui sunt scismatici 2o ecclesia re-
vocat, imitatur enim dei iudicium
qui respicit intentionem magis
quam operationem. Dicit enim Aug. ad
Comitem Bonifacium. Caritas
que colligit et unificat omnia
membra ecclesie si nos videat
de alterius ruina gaudere sta-
tim nos prescidit a corpore. Si igitur
ministri ecclesie non dolent de
ruina suorum subditorum iam
ipsi prescisi sunt a corpore ecclesie quia
si in corpore ecclesie essent sine dubio
dolerent et eos revocare procu-
rarent. Sed thyrannos qui sunt
scismatici 3o domat et cor-
rigit dominus aut corrigendo re-
deant aut in nequitia male li-
beri defluant ut dicit Aug.
Ad primum ergo est dicendum quod illi
qui sunt scismatici sola inten-
tione sustinentur ab ecclesia.
In herrea enim ecclesie que libet
pro libito potest esse frumentum vel
palea vel arista eo quod iniquam
sententiam non profert nisi sponte con-
fessus vel convictus fuerit ut dicit
Aug. in li. de penitentia. Ad ij
est dicendum quod dominium thyranni
potest effici naturale et naturale dominium
potest effici thyrannicum. Si enim
rex iustitiam faciat ut vio-
lenter ducetur et ut bonum pub-
licum convertatur in bonum priva-
tum iam tale dominium naturale fit
thyrannicum. Ad dominium si aliquis
est adeptus dominium thyrannice
et per quemdam voluntatibus subditis
ducetur et bonum privatum con-
vertatur in bonum publicum servando
alias conditiones naturales dominii
iam tale tyrannicum dominium fit
naturale. Ad iij est dicendum quod
non sufficit in ecclesia servare con-
gregationem vel unitatem me-
brorum sine unitate capitis.
Immo ex hoc ipso quod thyran-
ni vivunt eis membra ecclesie
et dividunt ipsa ab unitate
et obedientia capitis cui similiter cum
eis deberent subici scismati-
ci censendi sunt.

Ad ij sic proceditur. Videtur enim
quod tyranni resistentes proprie
sint heretici. Dicit enim glossa
Ieronimus in epistola ad Gal.
Nullum scisma est quod non sibi
aliquam heresim confingat ut
recte ab ecclesia recessisse vi-
deatur. Sed tyranni sunt scismatici
ut supradictum est ergo similiter heretici.
Preterea quicumque non credunt aliquem
articulorum pertinentium in symbolo sunt
heretici. Sed tyranni offendunt
contra illum articulum et in unam sanctam
ecclesiam catholicam ergo sunt heretici.
Preterea sola pertinacia resisten-
di facit hominem hereticum sed
tyranni pertinacia resistunt
capiti ecclesie ergo sunt heretici.
In contrarium est quia non nutriunt
novas vel falsas opiniones